SIXTVS Epūs ſeruus ſeruoꝝ dei Ad futurā rei memo
riam. Cogimur iubente altiſſimo: urgēte reipublice
criſtiane grande neceſſitate: vniuerſos xp̄ianos pͥcipes ac oēs
criſtifideles requirerē: Eiſq; mandare vice dei cuius locū quāq̄
imeriti tenemus ī terris: Vt a vigētibus inter eos bellis ⁊ guer
ris oīno ceſſent. Et ꝑ illius honore ⁊ ſalute xp̄iane religionis in
maxīo piculo conſtitute: aduerſus impiā turcoꝝ gentē arma
ſumant: & orthodoxam fidem conculcari a tā ſpurciſſima ſec
ta nō ꝑmittant: tot iniuriis laceſſiti. Lex etenim domini ſancta
⁊ īmaculata: quā eliminatis ydoloꝝ ſporcitiis redemptoris nr̄i
vox. Deuicto mortis aculeo ꝑdito mūdo: Inſeruit teſtimonium
eius fidele atq; verū. Meum inquit teſtimoniū verū ē: Sapiaꝫ
preſtans paulus: Ap̄ls ſc; ⁊ diſcipulis ſuis: qui ut plurimuꝫ ru
des illiterati ⁊ īdocti vniuerſum ferme orbem ſua predicatiōe
& quam ſp̄us ſanctꝰ edocuit ſapia ac exemplaris vite conuer
ſatione uicerūt: Perditas oues ad ipſius veri & boni paſtoris re
duxerunt ouile. Impletūq; ē illud Danielis vaticiniū oēs gen
tes oēs tribus ⁊ lingue ſeruient ei. Nam certa tempora Cōſtan
tini magni natus ex Maria deus ⁊ homo xp̄us a gadibus uſq;
ad aurorā & gangem colebatur. nec meridies neq; ſeptentrio
deū ignorabat. Dicente ꝓpheta. ab ortu ſolis uſq; ad occaſuꝫ
magnū ē nomen meū. Inter gentes ⁊ ex ore ſedentis ī throno
Iohānes ī Apocalipſi ſe vidiſſe teſtatur. Tanq̄ Ieſu xp̄i vicarii
gladius bis acutꝰ coruſcatiōes ꝓcedebāt ⁊ fulgura que terras
& maria penitrabant. Eratq; pax alta ⁊ tranquilla quies. Gens
ſancta ut inquit Ap̄ls. Gens electa: pplus acquiſiticiis xp̄iani
habebantur. eis gentes ſeruiebant quot ānis tributa preſtātes
Hec fuit olim xp̄ianoꝝ ptās hec glā hoc imperiū. Nunc vero
quo Sarraceni & Turci xp̄ianos redegeūt miſeruꝫ ⁊ flebile eſt
enarrare. Indi nāq; & Armeni ac Ethiopes qui xp̄ianos ſe eſſe
ꝓfitentur. in multis a veritate catholice fidei deuiant. Quod
reliquū eſt continētis Aſye atq; Affrice. Septe ſi ac Tingenſi
Ciuitatibus & illis duobus vicinis opidis que portugalie reges
ꝓ fide criſti athlete pugnātes ī Affrica eoꝝ ditioni ſubdiderūt
Dūtaxat exceptis criſti nomē ac legem ī pacato ꝑſequit̄ odio
Hoc rurſu ad Heraclani Ceſaris tꝑa uſq; ꝑuenimꝰ. Cuiꝰ tem

Inc. 1236

poribus Mahumetus ſceleratiſſim⁹ vir contraria legi dei dog
mata ĩ Arabia ſemĩauit & degenerãte poſtmodũ apd' grecos
Impio ac Romaĩ· debilitate v̄tute Turci qui ſpurciſſima; eiuſ
dem Mahumeti legẽ acceperãt e Scitia veniẽtes oẽ; minorez
Aſiam & ĩ Europã tranſfretãdo magnã illius ꝑtẽ occupantes
ad hos termĩos ĩ oriẽte criſtianos reduxerũt· In occidẽte vero
mauri nõ paruã ĩ eius finibus partẽ tenẽtes· quã grauatã vo-
cant fidelib⁹. Iſpanis eius finitimis ſunt infeſti· Et qui ad Than
ais oras cõſiſtentia incolũt loca: & Norueis vicini ppl'i ⁊ Tarta
ri cũ quib⁹ & Linoni bella gerũt: cristi legez minĩe recipiũt: &
his taz auguſtis criſtianis cõſtitutis terminis nõ cõtenti Turci
noſtra etate Conſtãtinopolitan· orieẽtalis imperii caput· & plu
res alias in Europa & nouiſſime ĩ Italie oris Idrontin· ciuitates
eoꝝ ſpurciſſime ſecte ſubdiderunt ·Heu loca oĩa: ĩ quibus dñs
nr̃ Ihũs criſtus natus: nutritus: baptiſat⁹: cõuerſatus: trãſfigu
ratus: ac cõſumata huius ſeculi ꝑeg inatiõe & patefacta euan
gelice veritatis luce· Poſtremo ꝑ noſtra ſalute crucis ſubire pa
tibulũ· moriq; dignatus: ſepultus: & a mortuis reſurgẽs diſci
pulis ſuis apparuit ⁊ cũ eis cõuerſat⁹ aſcendit ĩ celũ· Et ĩ qui-
bus ſacraſancta eccleſia: xp̄i dilectiſſima ſpõſa: ⁊ ex illi⁹ latere
nata atq; educaca adoleuit & ipſius prima iacta ſunt fundamẽ
ta· Inſignes etiã ille totoq; orbe celeberrime eccleſie: vbi qua
tuor generalia celebrata fuere cõcilia: In quibus ueluti ĩ q̄dra
to lapide ſancte fidei ſtructura cõſurgit & que ſicut quatuor
euãgelia ſanctus Gregori⁹ ſuſcipere ac venerari ꝑfitet· Qua
tuor etiã Patriarchales ſedes: quas tanq̄ q̄tuor aĩalia ſeuas alas
habẽtia oculis undiq; plena In medio ⁊ ĩ circuitu agni Iohẽs
ĩ eadẽ vidit Apocalipſi. & ſeptẽ ad quas ſcripſit eccleſie· Vbi
antea oĩpotẽs deus cõfitebat̃: laudabat̃: adorabat̃· Nũc proch
dolor ab his qui eũ nõ nouerũt quiq; nomẽ ipſius cõtĩuo blaſ
femãt poſſident̃: cõculcant̃: ⁊ ꝓphanant̃· Sola ſupeſt Romãa
ſedes· Sedes utiq; ĩmaculati agni. Sedes viuẽtis ĩ ſec'la ſec'loꝝ
Hec quippe predictas pr̃iachales genuit ecc'ias· que quaſi filie
ĩ eius gremio reſidebãt· & ĩ circuitut anq̄ famule ĩ ipſius aſſi
ſtebãt ooſequo. Modo eis quas gẽuerat: nutrierat: educauerat
amiſſis ſola ſedet plorãs ipſaꝝ merẽs intuẽs ſponſos: exules: ⁊

deſolatos. & ab illarum ſe iunctos amplexibus. Vox in Roma audita eſt immo per vniuerſam terram ipſius ploratus & eiulatus perſtrepuit. non eſt qui conſoletur eam ex omnibus caris eius quē moueant Chriſti obpropria: Criſtiane religionis zelus miſerorum chriſtianorum qui duriſſima ſeruitute detinentur. Lachrime deſolatarum regionum & illorum qui vicini Turcis ultimum exterminū indies expectant: miſeratio: Omnes eniꝫ periculuꝫ ī quo verſatur chriſtiana reſpublica norunt. Omnes miſerentur nemo ſuccurrit: nemo fert opē. Potuerunt hec aliquo modo tollerari ab occidentalibus principibus: cum orientalia remotiora viderentur vaſtari. quāuis ſatius fuiſſet ad vicini incendium extinguendum accurriſſe: q̄ domeſticum ignem quod ſine magna iactura fieri non ſolet pertractare. Peret iam circa precordia virtꝰ. penetralia irrupit hoſtis. gladiū ad iugilū adegit. hinc ocupato Idronto. Italiam premit. inde Germanorum fines ingreſſus. Bauariam uſq; omnia proterit. Non dubitamus chriſtianoꝝ principum mentes tantis turpiſſime gentis iniuriis ſtomachari ⁊ ꝓ religionis noſtre zelo indigne ferre: que ī religionem continue ab hoſtibus cōmittuntur que profecto talia ſunt ut pie aures ea ſine graui moleſtia audir̄ non poſſint Particulares tamē iniurie: ⁊ priuata commoda ſuſpiciones preterea contentiones varie hominum cupiditates efficiunt ut dū quiſq; uel ſe tutū a periculo putat quia procul abeſt. Vel alteri inuidet: ne uel hoſtium ruina creſcat. uel domum relinquer̄ veretur tanquā vicini fraude occupandam: reſpublica neglectui tribuatur & pecudum more modo hic modo ille trahatur in perditionem. Nos igitur qui dum Turci inſulam Rhodi ſuperiori anno arcta obſidione tenerent: & eodē tēpore Idrōtin. ciuitatem predictaꝫ occupaſſent. quā plurima poſſibilia nobis auxilia pro Inſule liberatione: ⁊ Idrontine ciuitatis earundem recuperationem. terraꝫ mariqꝫ adhibimus. Et cum ciuitas ipſa Idrontinen. recuperari non potuiſſet: prout nec adhuc potuit Licet Inſula predicta ab huiuſmodi obſidione fuerit liberata: Vniuerſos Italie potentatus pacare: & ut inuicem pacifice viuentes: contra eoſdem Turcos arma ſumerent: & ad illorū ex Italia expulſiōꝫ vacarent. efficacē operā adhibere curauimus.

Sperantes ipſoꝝ potentatuū facultates & vires ad id ſufficere
Cum autem nuper intellexerimus eoſdem Turcos maxiam
claſſem parare: ⁊ omnibus aliis curis omiſſis ad inſule predicte
Italie & Pannonie. ac Auſtrie ocupationem. Et fidei catholice
omnimodam cōculcatiō;. omnes ſuos diuertiſſe cogitatus &
aperte cognoſcamus ipſius ſeuiſſimi hoſtis vires adeo auctas
eſſe: & ī immēſu; creuiſſe: ut oībus chriſtiāis prīcipib⁹ merito
formidāde uideātur. neq; eas poſſe cohiberi. niſi a pluribus &
diuerſis locis diſtrahātur. Atq; Italiā: Germaniā: Hūgariā: im
primis ut hoſtibus vicinis ī manifeſta ꝑiculo verſari. Que ꝑfec
to ſi ſingulariter ⁊ ſeperatī īuaderent: tantis virib⁹ pares eē nō
poſſent More pii patris ꝓ filioꝝ ſalute ſemꝑ anxii atq; ſoliciti
de cōſilio venerabiliū fratrū noſtroꝝ ſancte Romane eccleſie
Cardīalium omēs & ſingulos xp̄ianoꝝ prīcipes & potētatus
ecl'iaſticos ⁊ ſecl'ares ac uniuerſos xp̄ifideles cuiuſcūq; p̄emi-
nentie ac ptātis exiſtāt. Etiā ſi Imꝑiali: pōtificali: regali: regīali
ducali: ul' alia quauiſ ecl'iaſtica ſeu mūdana p̄fulgeāt dignita
te: ꝑ viſcera mīe dei noſtri Ieſu xp̄i: ꝑ acerbiſſimā eius paſſionē
quā imaculat⁹ ⁊ īnocēs agnus ut nos miſeros pctōres ab eter
na morte redimeret dignatus ē pati: per iudicium extremū. in
quo ante eius tribunal cōſtituti quiſq; ſecūdum oꝑa ſua mer
cedem ſuſcipiet. per ſpem vite eterne quā repromiſit deus dili
gētibus ſe. Harum ſerie enixe monemus requirim⁹ & obſecra
mus: ac ī vim promiſſionis facte ī ſacri ſuſceptione baptiſmi: ⁊
vim iuramēti preſtiti: cum dignitatum ſuarum infulas ſuſce
perūt. necnō per obediētiam nobis debitam eis ⁊ eorum ſingu
lis precipimus & mandamus. ut mutuam inter ſe caritateʒ ac
pacem ⁊ cōcordiam uel ſaltem per triēnium a die Kal'. Menſis
Iunii proxime ſequētis: inchoādum Treugas īducias ſeu belli
moram. Quas tenore preſentium auctoritatem omnipotētis
dei: Et pro defenſione & ſecuritate domīci gregis quem ſalua
tor noſter paſcēdum tuēdum atq; curādum nobis cōmiſit. In
dicimus: & per uniuerſos xp̄ianos ſeruari volimus obſeruent.
Arma deponāt & priuatarum īiuriaruʒ atq; offenſionū obliti
xp̄i redēptoris nr̄i Iniurias: offenſiōes: & obprobria: ulciſcātur
& ī hoſtes qui chriſtianoꝝ omnium ſanguinem ſitiūt. & euā-

gelicam legem delere conātur·arma ſumāt ac cuȝ a nobis per nūcium uel litteras fuerint requiſiti:per ſe ipſos uel eis legitīe impeditis per eorum capitaneos uel duces pro ſua uirili & cuȝ notabili parte ſue potētie accedāt uel mittāt.aut tantū de ſuis facultatibus quātum ſi per ſe ipſos irent uel alios mitterēt ut prefertur exponere deberēt·Aut alias ſecundū eoꝝ facultatē ī tam ſanctam & neceſſariam expeditionem per ſingulos dicti triennii ānos errogent. Opponāt ſe murum pro domo dei & Aprum de ſilua vineam domini Sabaoth demoliētem:exterminare feſtinēt recognoſcātq; ſibi poteſtatē & gladium a deo cōmiſſum eſſe·ad vindictam malefactoru; ut dicit apoſtolus. Laudem uero bonorum·Repetāt:hortamur quot prouītias infeſtiſſimus hoſtis:quot regna ſuꝑioribus ānis euerterit:quot xp̄ianis hominibus clades intulerit Quantum virium quātū potentie ſibi cumulauerit.Que ī finibus Germanie:que Rhodi:que in Italia nouiſſime geſſerit·quam magna ardeat cupiditate dilatādi fines & Imꝑium ꝓpagandi & tunc cognoſcēt ꝙ ſit eis tutuȝ talem habere vicinum·Pro libertate igiẽ:ꝑ liberis pro patria ꝑ ipſa vita:pro religione & fide chriſtiana:ꝑ ſalute eterna ſumanẽ arma.cum talis immineat neceſſitatis articulis A quo ſe nullus ualeat legittime excuſare·Et in hoſtes anteꝗ̄ interius penetrēt:forti animo ꝓficiſcanẽ·ſeqȝ ⁊ ſuos ulciſcanẽ a tantis fediſſimi huius hoſtis iniuriis atqȝ imminente; ſibi:ſuorum ceruicibus gladium auertant·Non impoſſibilia uel nimis ardua eis iniungimus aut minus utilia:neceſſitas ipſa utilitatem arguit·cum niſi defenſione ſe accingant:manus dare & ī ſeruitutem uenire atqȝ ea pati que uictoribus libuerint ſit neceſſe·Que quidem qualia ſint aliorum exempla nos docent Imꝑator Conſtantinopolitanus dum regia urbs expugnatur in prelio cadens etiam mortuus capite truncatur·Grecorum proceres:atq; omnis nobilitas depoſitis armis trucidaẽ· Raſtie deſpotis in poteſtatem redactis eruti ſunt oculi·Trapeſuntiorum Imperator contra datam fidem occiditur·Rex Boſine in fidem ſuſceptus inter vina mactatur· Verum eſt quod ille ait Regnum non capit duos.noluit igitur ſperare chriſtiani principes & populi ut libertatem victore Turco retinere poſſint·

Noluit multum in ſuis fictis blandiciis & falſis pollicitatoībus confidere· quem ex deuictis regulis uel cum tolleranda condi tione ſeruatum uidemus· Cui fidem unq̄ ſeruauit Turcus abi ciant hanc falſam & inanem ſpem chriſtiani proceres & in deo ſolum atq; ī eoꝝ dextris ſalutē reponāt· Si enim viriliter pug nauerint: nō ſolum propria defendent ſed ab aliis iam deꝑdita recuperabūt· Si vero quod deꝰ auertat inſolita neglientia atq; deſidia pſeuerauerint ſe ipſos & rempublicā criſtianam ꝑdent Quid enim chriſtianis deeſt: quod ad victoriā conſequēdam deſiderari poſſit· Eis viri fortes equi arma pecunia commeatus habunde ſuppetunt· Aſſit tantum uoluntas & pugnādi ardor Aſſit & vera religio & ad deum redemptorem noſtrū· a cuius viis declinamꝰ humilis & deuota conuerſio· Aſſit & petri que n unq̄ deficiet fides: Pauli conſtantia: ʒelus finees ⁊ Mathathie ac fortiſſimi Machabei animꝰ: & certa proculdubio de celo ꝑ mittitur· ac īdubitata victoria· Precedet enim angelus domini exercituum eius & viuifice crucis: ac Ieſu criſti ī ea pendentis vexillum: quod humiliter intuentes ⁊ defixis ī ſublime oculis victoriā ſperantes de celo· Exurget oīpotens & miſericors de us: ⁊ miſertꝰ eoꝝ quos plaſmauit: regenerauit· redemit: Exur get & diſſipabuntur inimici eius: & fugient qui oderunt eum a facie eius· Et ut principes ipſi ⁊ aliī chriſtifideles ſi ꝑnos vice dei moniti & requiſiti contra eoſdem Turcos arma ſumere: & chriſtiane religionis ⁊ fidei defenſioni uacare eo liberius & ſecu rius poſſint. quo intelligant illas que viguerit ⁊ uigēt inter eos diſſentiones guerrarum & offenſionum quarumlibet ſuſpicio nes fore ſublatas· eiſq; licere per ſe ipſos militare & eos atqʒ il lorum ſtipendiis militantes extra territoriorum ſuorum fines abſqʒ ulla ſuſpitione: ad eorum Turcorum expugnationem progredi & mittere & ad id pecunias erogare· claſſemqʒ īſtrue re & parare. ¶ Vniuerſos & ſingulos chriſtianoꝝ principes & potentatus eccleſiaſticos: ⁊ ſeculares: & omnes chriſtifideles cuiuſcūqʒ preeminentie ac poteſtatis exiſtant. Etiā Imꝑiali pō tificali regali: reginali: ducali: uel alia quacūqʒ dignitate eccle ſiaſtica uel mūdana fungētes: ac ī terris xp̄ianoꝝ tēporale do miniū quodolibet obtinētes: qui per ſupradicti triēnii tempus

ꝑ ſe ipſos uel eis legittīe ipeditis: ꝑ eoꝝ capitaneos ſeu duces
pro ſua viri.i ⁊ cū notabili parte ſue potentie ibunt uel mittēt.
Aut tantū de ſuis facultatibus quantū ſi ꝑ ſe ipſos irent: aut
alios mitterent ut preferĩ exponerēt. Aut alias ſecundū eoꝝ
facultates ĩ tā ſanctā ⁊ neceſſariā expeditõ;. per ſingulos dicti
triennii ānos erogabunt a die arrepti itineris: uel quā peccuniā
huiuſmodi pro primo āno erogauerint. quoad ĩ his perſeuera
uerint Ac deinde poſt ipſoꝝ videlicet reditum uel auxilii ceſſa
tione ad ſex menſes cū eoꝝ ſtatu: Ciuitatibus: terris: dominiis
ſubditis territoriis ac bonis omnibus: ſicut ea nūc tenēt & poſ
ſident ſub beatoꝝ Petri & Pauli ac Romāe ecclesie protectõe
recipim⁹ atq; noſtra. Ita ut dicto tempore durāte ⁊ eis ꝓmiſſa
per ſe ipſos aut alios implentib⁹ plena ſecuritate ⁊ quiete gau
deant. Ac oībus ⁊ cuilibet cuiuſcūq; ſtat⁹ ⁊ condictõis exiſtāt
& quacūq; dignitate prefulgeāt: auctoritate dei oīpotētis cu
ius vices gerimus ĩ terris cuiuſcūq; cauſa agiĩ. diſtricte precipi
endo mandam⁹ ne durāte triēnio hmõi ⁊ quā diu per ſe ipſos
militauerint: aut alios miſerint uel peccūias ad expeditõ; pre
dictā erogauerint. Et ꝑ ſex menſes ĩmediate ſequētes ut pre
ferĩ: quouis queſito colore directe uel indirecte palā uł ocułte
quēq̄ ex eiſde; prīcipib⁹ aut ꝑſonis ſupradictis offendāt aut
offendentib⁹ preſtent auxiliū: conſiliū uel fauorē. Aut ut ci
uitates terre: ⁊ loca vni principi uel domīo. Aut adherentibus
eorūdem utcūq; ſubiecta ab illius cui ſubſunt obediētia quo
modolibet ſe ſubtrahāt aut ab aliis ſubtrahanĩ. Seu alias ĩ re
gimīe illoꝝ ꝑturbenĩ. uel ĩ eis aliquid ĩnouenĩ. directe uł indi
recte ꝓcurent. ¶ Nos eni; contra oēs & ſingulos quos arma
ſumere ⁊ ĩdictas ꝑ nos auctoritate dei oīpotentis inducias hu
iuſmodi violare & noſtris ĩhibitõi & mādato cōtra venire con
tinget' ꝑ cenſuras ecłiaſticas ⁊ alia iuris remedia: quauis appel
latione remota: uſq; ad ſatiſfactionē cōdignā oīno & indilate
procedere eoſq; ꝓſequi: & ad eoꝝ ꝓſecutõ; alios inducere nō
ut illos ĩ quoꝝ preiudiciū aliqnid fuerit attētatū: ꝓpoſſe ĩdem
nes conſeruem⁹. nō ſecus q̄ ſi talia contra nos ⁊ ſede; prefatā
loca ditiõi dicti ſedis ſubiecta forent attēptata. ¶ Non obſtā
tib⁹ cōſtitutionib⁹ ⁊ ordinatõib⁹ apłicis cōtrariis quibuſcūq;

Seu ſi eiſde; pricipibus ſeu quibuſuis aliis cōiter uel d.uiſi; a ſe de ap͞lica idultū exiſtat q͞p iterdici: ſuſpendi: uel excōicari non poſſint p̲ l͞ras ap͞licas nō facietes plena ⁊ expreſſa; ac d̄ verbo ad verbum de indulto hmōi mentionē. Et ut premiſſa ad con munē oim̄ notitiā celerius p̲ueniant. & hii quos tangūt q̲ ad ipſos nō p̲uenerint aut cōtenta ī p͞ntib⁹ l͞is ignorauerīt nulla; excuſatō; p̄tendere uł ignorantia allegarī. Volum⁹ eas hodie que ē. v. dn͞ica. xl de paſſiōe nūcupata ī p͞ntia n͞a ī baſilica prin cipis ap͞loꝝ de urbe aſtātib⁹ ibidem prefatis fr͞ibus n͞is ⁊ q̄ plu ribus prelatis Ro. cur. ſequētibus. Ac imp̲atoris: regū: ac prin cipū. potentatūq; pl͞imoꝝ oratorib⁹ ad dietā. que premiſſorū occaſione celebrat. trāſmiſſis cleri ⁊ pp͞li mł titudīe itra miſſaꝝ ſolēnia legi & publicari. ac valuis eiuſde; baſilice poſtmodum affigi ⁊ q͞p hmōi eaꝝ publicatio p̲inde oēs quos cōtingūt a die kł. meſ Iunii p̄dc͞i arctēt. ac ſi ipſis oīb⁹ p̲ſōałr ⁊ p͞ntiałr īſinuarī ⁊ exhibite extitiſſent. Cū nō ſit viſimili ad eoꝝ notitiā nō per uenire: que tā patenter fuerit publicata. Et ut premiſſa cō tiāt notitiora. Vniuerſis venerabilib⁹ fr͞ibus n͞is. P͞tarchis: prima tibus. Archiep͞is: Ep͞is: ⁊ aliis iuriſdictiōe ordinaria fungentib⁹ ubilibet cōſtitutis diſtricte precipiēdo mandań. Qt's p̲ ſe uł ali um ſeu alios p͞ntes l͞ras poſtq͞p eas uel eaꝝ trāſumpta: autētica manu Notarii publici cōfecta ⁊ alicuius prelati ſigillo munita receperint ſeu alias eaꝝ hūerint plenā notitiā ſemel uel p͞lies p̲ut expedire videbūt: ī eccl͞iis ſuis du3 maior ī eius pp͞li multi tudo ad diuina cōuenerit ſolēniter publicēt. Et xp͞ifideliū mē tes deducāt ⁊ nūcient ⁊ declarēt eiſdē. Faciētq; ⁊ mādent per eoꝝ p͞triarchatus. primatias p̲uītias ⁊ dioceſ. ac loca eoꝝ iuriſ dictionis ſubiecta p̲ut expedire cognouerint p̲ alios publicari Nulli ergo oīno hoīm liceat hanc paginā n͞re monitōis requiſi tiōis obſecratōis: precepti: mādati: īdictōis: c͞rtatōis: receptiōis ⁊ volūtatis infrīgere uel ei auſu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attētare preſumſerit. indignatō; oīpotentis dei ac beatoꝝ Petri ⁊ Pauli ap͞loꝝ ei⁹ ſe nouerit īcurſuꝝ. Datū Rome apud Sanctum Petrum Anno dominice. M.CCCC. lxxxi. Sexto Idus Aprilis Pontificatus noſtri Anno decimo.

¶ Impreſſa ē p̲ diſcretū virū Bartolo꜡ Guldinbeck de Sultz.

Inc. 1236